

1. *Qua bella Populo adversus Senatum erant?*

Quas Tribuni plebis populi bono Leges sanxere, eadem ipse, ceu totidem scopuli fuere, ad quos allisa quies publica concideret. Harum unam dixerent legem *Agrarium*, qua Nobilium usibus certa terrae portio designabatur, portione, quae supererat relieta civibus. Aliam nominavere *Frammentarium*, quod communere conservari Granarium vellet, unde sustentando Populo pars assignata cederet. Tertiæ Legi *Judiciali* appellatio, quæ & Senatores, & Equites publicis adesse consiliis, ac ferre calculos imperabat. Lex *Civitatis* Jura eadem, quæ civibus, federatis quoque tribuebat. Atque ex legc hac bellum emersit *Sociale*, dum federati negata sibi civium Jura ferro expetebant.

2. In Siciliæ terris servi contra Dominos se se armabant, quod hi potestate sua uterentur asperius. Et verò à servis Romani prostrati sunt compluribus in præliis, denique tamen ipsi, qui vicerant, missi subjugum imperata rursus fecere. Bellum hoc à servis *Servile* nuncupatum. Spartacus Gladiator, & ipse sibi servorum adsciverat manum, quæ permolesta initio Romanis exstitit, dum tandem pars Seditiosorum potior caderet ferro.

3. Impius Catilina, quod affectati honores Consulii ei negarentur, facta cum æqualibus conjuratione, Romam flamminis destinavit. Verum scelerata confilia